DE CONTRACTIONE VERBORUM IN ΕΩ EXEUNTIUM APUD HERODOTUM COMMENTATIO.

SCRIPSIT

ET

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

PUBLICE DEFENDET

E. E. NORÉN
CAND. PHILOS. NORRL.

IN AUDITORIO GUSTAVIANO MINORE A. D. III CAL. JUN. MDCCCLXXVI

H, A. M. S.

UPSALIÆ
TYPIS DESCRIPSIT ED. BERLING
MDCCCLXXVI.

PRÆFATIO.

Ionicæ dialecti veteres grammatici duo distinxerunt genera, τὴν ἀρχαίαν sive παλαιὰν Ἰάδα, qua scripserunt Homerus et Hesiodus, et τὴν δευτέραν sive νεωτέραν Ἰάδα, eam intelligentes, qua omnes post Homerum utebantur scriptores. Horum maximam partem non nisi nominibus cognovimus et quidquid scripserunt longinquitas delevit temporum. Duo tamen sunt, quorum scripta etiamnunc exstant, Hippocrates et Herodotus.

Illius sermonem ut a mendis vitiisque purgaret librariorum, cum vix quisquam ad hunc diem susceperit, in hujus proximos triginta annos viri doctissimi sui ingenii vires exercuerunt, neque operam suam perdiderunt. Multa enim codicum testimonio varie figurata ad unitatem sunt redacta, multa falsa correcta.

Neque in hac ipsa re, quam mihi proposui ut tractarem, defuerunt qui separatim eleborarent. Cum autem in suis disquisitionibus codices *solos* sequerentur, ob formarum varietatem partim in regulis statuendis hærebant, si eorum nimis anxie premere vellent vestigia, partim, si ab eorum via digrederentur, ad conjecturas plus minusve verisimiles confugere necesse erat.

Nam codices, ut omnino sunt fundamentum satis firmum, cui in rebus dialecticis superstrui possit, et, eorum formis variis collatis et in examen vocatis, rationem sibi consentaneam plerumque sequi oportet, sic haud raro est ubi adeo fluctuent, ut dijudiari nullo modo possit, quæ forma justa sit.

In tali re ut ad liquidum perveniretur, partim *Titulos Ionicos* Herodoti ætatis, partim *Homerum* contuli.

Hi tituli fidissimi ita sunt dialecti recentioris Iadis testes, si quod scriptum continent, utpote in lapide incisum, tempora vitiare non potuerunt. Utilitas autem eorum haud parum eo deminuitur, quod sæpissime sunt facti ab hominibus gradus inferioris et humanitate doctrinaque carentibus, qui cotidie Atticis hominibus utentes horum sermonis proprietatibus suam miscebant dialectum. Sunt tamen inscriptiones, quæ Ionismum purum servant, quarum maximi æstimo duas, Tejam et Halicarnassiam, quas *Guilelmus Erman* in sua disputatione de titulorum Ionicorum dialecto (cfr. Curtii Studien zur Griechischen und Lateinischen Grammatik. Fünfter Band, zweites Heft) numeris 13 et 21 notavit. Formæ verborum in *εω* exeuntium, quæ in his insunt, tantum ponderis habere censeo, ut ad opiniones quasdam, quæ adhuc de contractione viguerunt, evertendas valeant.

In Homericis autem formis afferendis, eas omnino seclusi, quas metrum aut contractas aut solutas aut productas necessario postulaverit, velut *εἰλεῦντο, ἐπικρατέουσι, θείειν*, ubi non formam epicam, qua hic illic usus est Herodotus, confirmare exemplo Homerico volebam. Protuli autem formas, quales sunt *αἱρεύμην* (—́ —, —́), *αἰδέομαι* (—́ ⏑ ⏑, —́), *αἰδεῖται* (—́ —, —́), quas veram veteris

Iadis exprimere imaginem puto. Perspicuum enim est, Homerum, ubi, numero versus non prohibente, inter duas eligere liceret formas, eam adhibuisse, quæ in ejus ætatis dialecto inesset. Talibus veteris Iadis exemplis etsi non tantum quantum titulis ob magnum intervallum ætatum Homeri et Herodoti tribui potest, tamen is est utriusque sermonis consensus, ut, ubi codices duplicem formarum figuram ostenderent, his exemplis jus dijudicationis vel affirmationis deferre non dubitaverim.

Ad libros manu scriptos aditus mihi non fuit, atque libenter iis carui, cum ad manum habuerim editionem Steini, cujus plenus titulus est: *Herodoti Historiæ. Recensuit Henricus Stein. Berolini apud Weidmannos A. MDCCCLXIX.* Qui doctissimus vir im lectionibus variis afferendis præcipuam mihi videtur adhibuisse diligentiam. In codicibus autem nominandis a ceteris editoribus ita differt, ut quos illi M, P, F, A apellant, hic A, B, C, P significet. Quibus litteris apud illos Steini R et *d* responderent, comperire mihi non contigit. De fide et pondere uniuscujusque codicis cupidum cognoscendi ad Præfationem Steini pag. XXII sqq. et Philologi Tomum XXI pag. 78 sqq. delego.

CAPUT 1.

De concursu vocalis *ε* cum sequenti *ο* et *ου*.

Haud pauci sunt apud Herodotum loci, ubi formæ huc referendæ occurrunt. In longe plurimis syllabæ *εο* et *εου* dissolutæ manent. Contractio autem earundem vocalium in *ευ* frequentior est quam quæ ubique librariis jure imputari possit. Si formæ contractæ in certis quibusdam verbis fuissent et in omnibus ejusdem verbi formis, cum cetera verba dissolutionem ubivis conservassent, perfacile fuisset regulas, ubi solvi, ubi contrahi opporteret, statuere. Cum vero non modo in eodem verbo, sed in eisdem verbi formis, codices contractas et solutas formas promiscue usurpent, velut *ποιέοντος ποιεῦντος, ἐποίεον ἐποίευν, ἱκνευμένως ἱκνεομένως*, res haud parvis implicatur difficultatibus. Quas priusquam ipse dimovere coner, quomodo aliquot eorum, qui ante me hanc ipsam rem tractaverunt, obviam iis ierint, exponam.

Ac primum quidem *Dindorf*, vir de dialecto Herodotea meritissimus, quippe qui universam eam princeps digesserit et in ordinem redegerit, ut in ceteris quæ ad dialectum pertinent rebus certam definitamque sententiam aperte eloqui non dubitat, sic hic timide recedit, quid sentiat certe declarare nolens et ad conjecturas refugiens. Liceat mihi ejus ipsius uti verbis. »Syllabis *εο* et *εου*, ut in substantivorum et adjectivorum formis, ita in verbis quoque Iones et solutis et in *ευ* contractis usi sunt, velut *καλέουσι ποιέουσι, ἐκάλεον ἐποίεον, ἐκαλεόμην ἐποιεόμην* et *καλεῦσι ποιεῦσι, ἐκάλευν ἐποίευν, ἐκαλεύμην*

ἐποιεύμην, in quibus formis exhibendis tanta est fluctuatio codicum, ut certam qua earum usus regeretur normam indagare mihi non magis quam aliis contigerit. Hoc tamen non improbabiliter conjici posse mihi videtur, Jones, ut fert vivæ vocis natura, ad contrahendas syllabas quam ad distinguendas proclivioris, in communi sermone formas illas contractas potius quam solutas pronunciasse: scribentes vero alii fortasse solutas, alii contractas prætulerunt, alii denique promiscue usi sunt. Inter quos si fuerit Herodotus, facile intelligitur, numquam ad liquidum perductum iri, qua quoque in loco et quoque in verbo forma usus sit. Nam codicum in tali re fides nulla est.»

Bredov, qui deinde lumen huic rei afferre conatus est, illam posuit normam, *ut Herodotus syllabas εο* et *εου aut solutas aut in ευ contractas servaret.* At non videbat certa verba semper fere contracta in his formis esse, alia autem non occurrere nisi soluta, et ex eo quod nonnulla vacillare intellexit, omnia sic facere false conclusit.

Unam autem esse rationem eorum verborum quæ ante thematicum *ε* vocalem, aliam quæ consonantem haberent, primus ad intelligentiam pervenit *Carolus Abicht*, qui hanc ipsam quæstionem de syllabis *εο* et *εου* contrahendis dissolvendisve separatim tractavit (Quæst. de dialecto Herodot. Spec. I. Göttingen 1859).

Quæ duo genera verborum, cum suo quodque in loco collocasset, illa sæpissime contracta, hæc soluta invenit, neque inde hanc legem deducere est gravatus, ut *post vocalem syllabæ εο et εου semper in ευ contraherentur, post consonantem autem solutæ manerent.* Sed in disquisitione, cujus fructus est lex supra constituta, dupliciter mihi errasse videtur, primum quod conjunctiones *εο* et *εου* confudit, cum tamen, utpote non in eandem normam quadrantes, separatim essent tractandæ, secundum quod nullam rationem consonantis vel consonantium quæ *εο* subsequntur habuit.

Quæ duo vitia evitare cupiens, eum tuebor ordinem disputationis meæ, ut eas in § prima enumerem formas, in quibus vocales *ε* et *ο* concurrunt, has primum colligens, ubi ante *εο* vocalis, deinde ubi consonans præcedit, utrasque. autem ita digestas, ut separatim formas quæ *εομ-*, quæ *εοντ-*, quæ *-εον* habeant, collocem. Tum in paragrapho altera conjunctionem *ε-ου* tractabo.

---

§ 1.

De concursu vocalium ε et ο.

A. *Enumcrantur verba in quibus ante εο vocalis præcedit.*

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
1. *ποιέω.*	
ποιεῦντος *9.* 91. *-εῦντι* *7.* 29. *-εῦντα* *4.* 76 (bis). 166. *5.* 23. *6.* 75. *-εῦντες* *3.* 16. 113. *4.* 2. 48 (*ἐοντες* ABd). 98 (*-εο-* ABCd). 133. 139. 187. *5.* 29. 81. *7.* 8*β*. 23. 191. *9.* 53. 89. *-εύντων* *3.* 14. *5.* 41. *6.* 108. *4.* 36. *-εῦντας* *1.* 90. 207. *3.* 27. *4.* 76. *5.* 33. *9.* 17.	*ποιέοντος* *1.* 159. *-έοντες* *1.* 158. 216. *4.* 146. *7.* 8*δ*. *-εόντων* *8.* 86.
ποιεῦνται *1.* 140. 193. 194 (bis). *2.* 36. 86. 92. 96. *3.* 8. 34. *4.* 70. 74. 177. 192. *5.* 5. 45. 77. *6.* 105. *8.* 26. *9.* 93. *μετα-* *2.* 178.	*ποιέονται* *4.* 180.
ἐποιεῦντο *1.* 13 (bis). 186. *2.* 52. *3.* 37. *4.* 111. *5.* 63.	*ἐποιέοντο* *2.* 147. *4.* 128.

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
90. *6*. 13. 101. 104. *7*. 70. 119. 138. 193. 218. *8*. 3. 7. 8. 10. 16. 21. 69. 93. *9*. 53. 63. 77. 92. 94. 101.	
ἐποίευν *2*. 93. 108. *3*. 27. 146. *4*. 4. 112. 113. 128. *5*. 114. *6*. 6. 12. 14 (bis). 32 (bis). 39. 77 (bis). 97. *7*. 119. 168. 238. *8*. 64. 76. 99. 141. *9*. 22. 25. 54. 57. 82. 99 (bis). *ἐξ-* *2*. 125.	*ἐποίεον* *4*. 130. *5*. 1. *7*. 36. *8*. 115. *9*. 6. 11. 104.
ποιεῦμεν *4*. 3. *-εῦμαι* *2*. 86. 170. *7*. 99. *ἐ-μην* *1*. 118. *4*. 16. *7*. 113.	
ποιεύμενος *1*. 127. 161. *3*. 4. 25. 155. *4*. 147. *5*. 25. 30. 35. 42. 65. *6*. 4. 12. 61. *7*. 35. 58. 157. 222. *8*. 58. 68 *β*. 79. 105. 134. *9*. 45. 92. 107. *-μενον* *2*. 68. 150. 161. 162. *3*. 14. 78. *5*. 23. *7*. 209. 226. *8*. 100. *9*. 16. 22. 47. 53. 110. *προς-* *2*. 121 *δ*. *-μένου* *3*. 158. *-μένῳ* *5*. 52. *-μένῃ* *2*. 124. *-μένην* *2*. 121 *γ*. *6*. 61. *-μενοι* *2*. 16. 161. *3*. 102. *4*. 70. 142. 200. *5*. 68. 100. *6*. 95. *7*. 180. 223. *9*. 7. 51. *προς-* *3*. 2.	*ποιεόμενος* *1*. 73.
-μεναι *2*. 58. 133. *-μενα* *1*. 61. *2*. 49. 96. *3*. 14. 137. *5*. 12. 19. *8*. 80. *-μένων* *3*.	*ποιεόμενα* *1*. 37 (*-εύμενα* A)

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
23. 7. 23. 119. 134. 197. 9. 42. -μένοισι 1. 89. 6. 78. 9. 66. -μένους 1. 94. 150. 2. 32. 121 δ. 4. 33. 8. 40. 9. 48.	
2. νοέω.	
νοεῦντες 8. 3. διανοεῦνται 9. 54. διε-εῦντο 6. 133.	νοέοντες 7. 168.
	ἐπενόεον 5. 65.
διανοεύμενος 5. 36. -μενον 3. 122.	
3. ἀγνοέω.	
ἀγνοεῦντες 4. 156.	
4. θηεῦμαι.	
θηεύμενος [1]) 7. 44. -μενον 7. 212. -μενοι 7. 146. ἐθηεῦντο 3. 136. 8. 25.	

Occurrunt igitur apud Herodotum quattuor verba in εω, quæ ante ε alteram vocalem habeant, ποιέω, νοέω (διανοεῦμαι), ἀγνοέω, θηεῦμαι. Si rationem conficias, qui numerus sit formarum contractarum, qui solutarum, illarum adeo superare invenies, ut, si recte numeravimus, 218 loci contractionem præbeant, dissolutionem autem tantummodo viginti. Quare in promptu est has paucas formas solutas inscientiæ negligentiæque librariorum ascri-

1) θεώμενον 3 32, – εωμένου 6. 67. — εώμενος 7. 208 sunt formæ haud dubie a librariis importatæ, non quo hæ Ionicæ non sint, sed quia ἐθηεῖτο, quod sexies legitur, et ἐθηεῦντο quod ter, aperte indicant Herodotum eadem verbi forma, qua Homerum, esse usum.

bere. Nec dubitavit Carolus Abicht eas falsas et interpolatas dicere. Censet enim, nullam inveniri posse caussam, cur scriptor, qui ducenties certo quodam modo locutus sit, quinquies [1]) vero alio modo, tam inconstanter variare voluerit. Quæ sententia magnam speciem veritatis præ se fert. At enim cum formas, quæ huc pertinent ita, ut supra feci, disposuissem, longe plurima vidi esse exempla dissolutionis litterarum *εο*, ubi eas *ν* vel *ντ* subsequebantur, cum dissolutio ante *μ* vix ullo exemplo comprobari posset. Quod planius jam explicabo.

In partcp. act. verbum *ποιέω* contractum reperitur *32 in locis*, dissolutum *sexies*, in præs. pass. indic. 3. p. pl. contractum est *vicies*, solutum *semel*, in impft. ind. pass. 3 p. pl. contractum legitur *30 in locis*, solutum *duobus*. Ante *ντ* igitur optimi et plurimi codices contrahunt *εο* in *ευ 82 in locis*, dissolutum tenent *εο novies*. Quamvis hæ *novem* formæ, multitudine illarum 82 obrutæ, vix in ullo numero esse posse videantur, eas tamen non ausim rejicere, inprimis formas partc. act.; nam codicum optimorum auctoritate muniuntur, et legem illam constantiæ, quam præconcepta opinione statuit Abicht, ut alias, sic hac in re valere certis demonstrari indiciis non potest. Item *νοέοντες*, quod 7. 168 legitur, retinendum esse puto, licet *νοεῦντες* (semel), *ἀγνοεῦντες* (semel), *διανοεῦνται* (semel), *διενοεῦντο* (semel) oppugnent.

Iam ad *εο ante ν* in impft. act. transeamus. *ἐποίευν* occurrit 34:ies, *ἐποίεον* septies, *ἐπενόεον 5.* 65 testimonium habet omnium codicum nullo excepto. Non est igitur hic cur formas solutas in contractas vertamus. Quin etiam, nisi forma *ἐποίευν* toties obviam iret, propensus essem prorsus eam damnare et falsam ubique ducere, præ-

---

1) Quam numerandi rationem Abicht secutus sit, nescio. Ego autem, Steino viæ commonstratore usus, inveni non quinque sed viginti exempla dissolutionis, non annumeratis formis in *-εον-*, quarum solutæ quinque leguntur.

sertim cum hoc solum sit imperfectum ubi -*εον* in *ευν* contrahatur, nec, ut infra ostendam, apud Homerum nisi *ἐποίεον* sit. Cum autem pro tali sententia nullum ex titulis Ionicis [1]) afferri possit exemplum, satis habeo contendere in solo verbo *ποιέω* impft. act. 1. p. s. et 3 pl. inter -*ευν* et *εον* vacillare.

Reliquum est ut *εο ante μ* inspiciamus. Hujus generis formas repperi *ποιεῦμεν* semel, *ποιεῦμαι* ter, *ποιεύμενος* (aliosque ejusdem ptcpii casus) 87:ies, *ἐποιεύμην* ter, *διανοεύμενος* bis, *ϑηεύμενος* quater. Solutas has solas inveni formas *ποιεόμενος 1.* 73, -*εόμενα 1.* 37, quo tamen in loco optimus codex, mediceus, -*εύμενα* habet. Obstant ergo *duæ* modo solutæ formæ 100 contractis. Quod cum ita sit, ne minimum quidem dubito illas in contractas esse mutandas contendere [2]).

Hanc igitur normam statuere audeo: *In iis verbis in εω, quæ ante ε alteram habeant vocalem, syllabæ εο in ευ apud Herodotum contrahuntur, semper ante μ (-μεν, -μαι, -μην, -μενος); sæpissime ante -ντ; solutæ autem manent in Imperfecto activi, excepto ἐποίευν, cujus formæ usus est frequentior quam ἐποίεον.*

Cum porro ad ea verba tractanda transeo, in quibus ante *ε* consonans præcedit, in formis, quæ huc pertinent, enumerandis rationem habendam censeo esse hujus consonantis naturæ. Ut enim, si vocalis *εο* anteiit, magnam eam vim ad contractionem litterarum *εο* habere intelleximus, sic certas consonantes sequentes syllabas *εο* con-

---

1) Cfr. Erman: de Titulorum Ionicorum dialecto § 12.

2) Apud Homerum has inveni formas ad hanc partem quæstionis pertinentes *ποίεον* Il. *7.* 435. Il. *20.* 147, *ἐνεποίεον* Il. *7.* 438, *ποιεύμην* (⏗ —, ⏗) Il. *9.* 495, *ἐϑηεύμεσϑα* (⏑, ⏗ —, ⏗ ⏑) Od. *9.* 218. [*ϑηεῦντο* Od. *2.* 13. *17.* 64. Il. *7.* 444. *10.* 525. *23.* 728. 881]. Hæ igitur confirmant, quod de Herodoteis verbis statutum voluimus.

tractas adamare videbimus, cum aliæ contractionem plane respuant.

Quare ita verba disponam, ut omnia verba, quæ ante ε eandem habeant consonantem, suo in loco collocem, in unoquoque verbo eandem distinctionem, quam supra, inter formas in εον, εοντ, εομ faciens.

B. *Enumerantur verba in εω, quæ ante ε consonantem habent, in iis formis, ubi vocales ε et ο colliduntur.*

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
1. καλέω.	
ἐκάλεον 6. 71. 7. 64. ἐπ-	
9. 20. 89.	
καλέοντα 7. 15. -έοντες 1.	
131. 4. 69. παρα- 7. 158.	
-έοντας 2. 2. ἀνα- 3. 127.	
-έονται 1. 173. 2. 164. 3.	
99. 4. 6. 17. 33. 51. 109.	
149. 184. 192. 7. 9 α. 11.	
40. 72. 8. 85. 124. ἐκαλέ-	ἐκαλεῦντο 7. 74.
οντο 1. 173. 5. 68. 77. 7.	
61. 62. 63. 73. 75. 83. 91.	
92. 93. 94. ἐπ- 3. 79. 5.	
63. 6. 22. 23. 92. 7. 6. 189.	
8. 64. καλέομεν 3. 42. 111.	
5. 49. 88. -έομαι. προ-	καλεύμενος 2. 79. ἐπι-
1. 69. καλεόμενος 3. 28.	5. 108. ἐκ- 6. 79. -ευμέ-
4. 12. 59. 5. 91. 6. 88.	νη 2. 156.
7. 231. 9. 85. -εομένη 1.	
203. 2. 149. 170. 3. 91.	
6. 22. -εομενον 1. 56. 80.	καλεύμενον 2. 72. 113.
5. 17. 101. 7. 58. 183. 216.	124. 178.
8. 135. 9. 57. -εομένου	καλευμένου 4. 175. -ευμέ-
6. 47. 7. 115. ἐπι- 9. 62.	νης 2. 56.

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
-εομένης 1. 1. 144. 204. 2. 11. 15. 41. (-ευ- AB) 6. 103. -εομένῳ 2. 15. 154. 3. 10. -εομένῃ 6. 20. 61.	
-εομένην 1. 56. 57. 76. 2. 9. 49. 148. 158. 181. 3. 9. 4. 8. 9. 76. 123. 147 (bis). 5. 57. 6. 107. 7. 25. 30. 94. 123. 8. 44. 76. 96.	καλευμένην 2. 97. 7. 170 (-εο AB C d).
-εόμενοι 1. 171. 4. 59. 109. 5. 80. 92 β. 6. 79. 7. 40. 85. 134. 9. 32. ἐπι- 5. 92.	καλεύμενοι 4. 93. 7. 77. προ- 9. 48.
-εόμεναι 5. 18. 7. 198. -εόμενα 5. 53. -εομένων 1. 67. 3. 5. 7. 155. ἐπι- 6. 22. 1. 187. -εομένοισι 1. 57. 2. 81. ἐπι- 6. 26. -εομένῃσι 1. 151. -εομένους 3. 38. 93. 7. 80. 188. 8. 113.	-εύμενα 2. 118. 4. 20. -ευμένων 3. 106.
-εομένας 3. 155 (bis). 158. 5. 118.	-ευμένας 4. 85. 5. 31.
2. τελέω.	
ἐτέλεον 6. 53. ἐπ- 1. 115. 169. 5. 84. 7. 121. δι- 7. 153.	
τελέοντος. ὑπο- 1. 171. -έοντες. ἐπι- 2. 63. 4. 26.	
τελεόμενος. ἐπι- 5. 1. -εόμενα 1. 206. -εομένων 9. 93. -μένας 7. 187.	τελεύμενον. ἐπι- 2. 152. -εύμενα 3. 134. -ευμένων 7. 16.
3. εἰλέω.	
ἀπειλέοντος 3. 51. εἰλέοντο 8. 12.	εἰλευμένων 2. 76.

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
4. ὠφελέω.	
ὠφελεομένῳ 2. 68.	ὠφελεύμενος 2. 68.
5. ἀεθλέω. ἀέθλεον 7. 212.	
6. αὐλέω. -έοντος 1. 141.	
7. αὐτομολέω. -εον 1. 127.	
8. δηλέομαι. ἐ-έοντο 5. 83.	
9. ὁμιλέω. -έοντες 3. 99. -έοντα 6. 84.	
10. πωλέω. ἐ-εον 9. 80. ἐ-έοντο 1. 196. πωλεόμενον 8. 105.	
11. φιλέω. -έονται 1. 134.	
12. ἐκπαγλέομαι. -εόμενοι 7. 181. 8. 92. -μένων 9. 48.	
1. ἱστορέω.	
ἱστόρεον 1. 122. 2. 19. 3. 77.	
ἱστορέοντι 2. 113. 3. 50.	ἱστορεῦντα 2. 23.
-έοντες 3. 77. 4. 192.	
2. φορέω. ἐ-εον 1. 79. 171. 2. 125. 3. 13. 5. 87. ἐς- 3. 11. 7. 23. συν- 9. 83. ἐδορυ- 1. 168. 3. 127.	
φορέοντα 2. 73. 3. 26. -έοντες 3. 12. ἐπι- 4. 183. ἐ-έοντο. ἐξ- 8. 12. ἐς- 8. 71.	
φορεόμενον. ἐκ- 2. 150.	φορεύμενος. κατα- 3. 106. -μένους. διφρο- 3. 146.
3. αἱρέω. -εον. ἀν- 6. 69. -έοντος 6. 31. -έονται. ἀν- 2. 36. 6. 69. ὑπ- 5. 83. ἀπ- 9. 99. -έοντο 4. 138. δι- 9. 81. αἱρέομεν. δι- 2. 6.	
-έομαι 3. 120. ἀν- 6. 69.	αἱρεῦμαι 3. 142.

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
-εόμενος. ἀπ- *1*. 89. ἐξ- *3*. 6. περι- *3*. 128. -μενον *7*. 10 α. -μενοι *4*. 137. ἀπ- *1*. 89. ὑπ- *2*. 66. -μένους. ἀν- *4*. 128.	
4. τιμωρέω. ἐ-εον *1*. 18. *6*. 138. -έοντες *9*. 93. 120. -έοντας *7*. 150.	τιμωρεύμενος *3*. 49.
5. αἰωρέω.	αἰωρεύμενα *7*. 92 παρ- *7*. 61.
6. καλλιερέω. ἐ-έοντο *7*. 113. *9*. 92.	καλλιερευμένῳ *6*. 52.
7. ἐλαστρέω. -εομένας *7*. 24.	ἐλαστρευμένας *2*. 158.
8. ἀπορέω. -έοντες *1*. 75. *7*. 213. -έοντι *1*. 190. *3*. 4. *6*. 134. -έοντας *6*.	
9. δωρέω. -έυμαι *7*. 28.	
10. θεωρέω. -έοντι *1*. 59.	
11. κατηγορέω. -εον *2*. 113 (bis). *6*. 49. -έοντο *9*. 54. 55. -εόμενον *7*. 13.	
12. κυρέω. ἐ-εον. συν- *8*. 92.	
13. λιπαρέω. -εόντων *1*. 86. -έοντας *1*. 94.	
14. μαρτυρέω. ἐ-έοντο. ἐπ- *5*. 93.	
15. μετρέω. -εόμενον *1*. 93. -μένης *2*. 149. -μένον. ἐπι- *3*. 91.	
16. λοιδορέω. -έονται *4*. 184.	
17. ὁμουρέω. -έοντες *8*. 47.	
18. ὁδοιπορέω. ὠ-εον *4*. 110. 116.	
19. προτερέω. -εόντων *9*. 57.	

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
20. ῥέω. ἔρρεον. προς- 1. 62. συν- 5. 101. ῥέοντος (cet. casus) innumerabilibus in locis.	
21. φρουρέω. ἐ-εον. 4. 126. -έοντες 7. 217. -έοντας 9. 106. -εομένη 7. 203.	
22. χωρέω. ἐ-εον 9. 62. συν- 3. 83. 9. 55. ἀν- 7. 225. -έοντα. ἀνα- 2. 107. -έοντες. ἀνα- 1. 105. 4. 183.	
23. σιναμωρέω. ἐ- εον 8. 35.	
24. ἐπιχειρέω. -έοντα 1. 190.	
25. φλυηρέω. -έοντες 2. 131.	
1. ἱκνέομαι. -έονται 3. 82. 99. 137. 4. 2. 4. 44. 5. 12. 7. 135. 8. 117. 9. 19. 52. 107. -έοντο 4. 125.	
-εόμενος 5. 49. 9. 74. -μένου 6. 84. -μένῳ 6. 86 (-ευ- AB). -μένων 7. 101. -μένοισι 8. 110. 6. 125. -μένους 1. 105. -μένως 6. 65.	ἱκνεύμενον 2. 105. ἐξ- 3. 9. -μένοισι 2. 178. -μένως 6. 65.
2. ἀρνέομαι. -εομένου 4. 68. -μενον 2. 174. ἀπ- 6. 69.	ἀρνευμένῃ 2. 181. εύμενον 2. 174. -μένους 6. 13 R.
3. ὑπισχνέομαι. -εόμενος 5. 51.	ὑπισχνεύμενος 2. 152. 8. 106. -εύμενοι 3. 74.
4. ἀγινέω. ἀγίνεον 3. 89. 93. 94 (bis). 97 (bis). 7. 25. ἀπ- 3. 92. -έοντας 1. 1. ἐξ- 7. 25. -έοντες 3. 11. -εόμενος 7. 33.	

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
5. *αἰνέω. αἴνεον 3.* 76. 77. *κατ- 9.* 33. *-έοντες 3.* 157. *6.* 120. *-εόντων 9.* 58. *-έοντας. συν- 5.* 92. *-έομεν. παρ- 9.* 2. *-εόμενος 1.* 98.	
6. *βυνέω. -έονται. δια- 4.* 184.	
7. *φρονέω. ἐ-εον 2.* 162. *6.* 100. *7.* 15. 218. *-έοντα 1.* 46. *9.* 16. *-έοντες 8.* 142. *ὁμο- 8.* 3. *-εόντων 7.* 145. *9.* 54. *-έοντας 8.* 75. *9.* 2.	
8. *πνέω. -έοντες 2.* 22. 25. *-εόντων ἐκ- 7.* 36.	
9. *προςκυνέω. προσε-εον 3.* 86.	
10. *κινέω. -εόμενος. δια- 3.* 108.	
11. *σωφρονέω. ἐ-εον 7.* 15.	
12. *φθονέω. -έοντες 8.* 69. *-έομεν. ἐπι- 9.* 79.	
13. *φωνέω. -έοντα* 7. 117.	
14. *ὠνεόμαι. -έονται. συν- 1.* 27. *-έοντο 1.* 69. *9.* 80. *ἐξ- 1.* 196. *-εομένοισι 1.* 165.	
15. *νέω. ἔνεον. δι- 8.* 89.	
1. *προθυμέομαι. -εόμενος* 8. 86. *-μένου 1.* 91. *-μένῳ 9.* 37. *-μενοι 1.* 36. *4.* 71.	*προθυμευμένου 9.* 72.
2. *ἀποδημέω -έοντες 9.* 117.	
3. *ἀριθμέω. ἠ-εον. ἐξ- 2.* 143. *-έοντες 2.* 143. *ἠ-έοντο 6.* 111.	
4. *εὐδοκιμέω. -έοντι 6.* 63. *-έοντες 4.* 68.	

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
5. ἐπιθυμέω. -έοντα *1.* 116. *4.* 166.	
6. μιμέομαι. -έονται *2.* 104.	
7. γαμέω. έοντες *4.* 172.	
8. κοσμέω. ἐ-εον *4.* 180. -έονται *7.* 209.	
9. οἰκοδομέω. -εον *2.* 125. *8.* 71.	
10. ὁρμέω. ὥ-εον *7.* 22. 188. -έοντας. ἐφ- *8.* 81.	
11. πολεμέω. ἐ-εον *5.* 94. -εόντων *5.* 95. *6.* 98.	
1. λυπέω.-εόμενος. ὑπερ-*8.* 90.	λυπεύμενοι *9.* 94.
1. οἰκέω. -εον *1.* 145. 166. *2.* 51. *4.* 114. 159. *5.* 57. *6.* 21. 86 a. *7.* 94. *8.* 73. συν- *1.* 146. περι- *5.* 58. -έοντος *1.* 175. -έοντα *1.* 4. -έοντες *2.* 13. 18. 69. 180. *3.* 99. *4.* 8. 10. 18. 157. 180. 185. 197. *5.* 49. *7.* 101. 110. *9.* 122. ἐν- *2.* 66. -εόντων *1.* 134. *3.* 93. *4.* 95. *5.* 3. 78. *7.* 115. περι- *1.* 57. -έοντας *1.* 76. 134. 191. *2.* 144. *4.* 11. *5.* 98. ὑπερ- 7. 112. -εομένης *2·* 32. 34. *5.* 52. -μένῃ *4.* 204. -μενον *4.* 25. -μένην *1.* 151. *2.* 17. *4.* 110. *8.* 32. -μένων *3.* 106. 107. 114. -μένας *5.* 26.	οἰκεῦντες *4.* 157 (-εο- AB).

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
2. πολιορκέω. ἐ-εον 2. 118. 3. 54. 147. 4. 200 (bis). 5. 38. 72. 6. 99. 8. 52. 9. 86. 87. 114. -έοντος 7. 154. -έοντι 5. 108. 8. 129. -έοντες 6. 18. -έοντας 8. 28. 9. 87. ἐ-έοντο 1. 80. 6. 140. 8. 111. -εομένη 2. 157. -μένου 1. 81. -μένῳ 1. 83. 84. -μενοι 1. 26. 7. 156. -μένων 1. 187. -μένοισι 9. 117. -μένους 3. 115.	πολιορκευμένη 5. 115. -ευμένας 5. 115.
3. ἀδικέω. -έοντι 2. 120. -έοντα 9. 120. -έοντες 2. 160. 7. 10. ζ. -εόντων 2. 137. -εόμενος 7. 10η. -μενοι 9. 7α. 11.	
4. ἀκέομαι. -εόμενος 3. 16.	
5. δοκέω ἐ-εον 1. 115. 3. 65. 71. 2. 5. 8. 57. 3. 16. 4. 111. 6. 10. 7. 174. 8. 78. 108. 130. 9. 8. 88. 96. 106. 114. κατ- 8. 4. 9. 99. -έοντα 1. 141. 3. 116. -έοντες 2. 15. 18. 161. 4. 140. 146. 5. 15. 6. 41. 102. -εόντων 4. 134. 8. 100. -έοντας 1. 86. 3. 129. 146.	
6. ἀσκέω. -έοντες 3. 72. ἐπ- 2. 77.	
7. ἐθελοκακέω. ἠ-εον 1. 207. 5. 78. 8. 85. -έοντες 6. 15. 9. 67. -εόντων 9. 67.	

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
8. μνησικακέω. ἐ-εον *3*. 48. μν-έομεν *8*. 29.	
9. καραδοκέω. ἐ-εον *8*. 67.	
10. ξεινοδοκέω. -έοντες *6*. 127.	
11. θωκέω. -έοντες *2*. 173.	
1. αἰτέω. -εον *4*. 161. *5*. 18. 92 γ. ἀπ- *5*. 84. *6*. 86 β. -έοντος. ἀπ- *8*. 115. -έοντι. ἐξ- *1*. 74. -έοντα. προς- *3*. 14. -έοντες. μετ- *4*. 146. ἀπ- *5*. 94. -εόντων. ἀπ- *6*. 86 δ. -έοντας *6*. 133. -έονται. ἐξ- *1*. 159. *9*. 87. -εόμενος. παρ- *1*. 90. -μένη. ἐπ- *5*. 35. -μενον *8*. 112. *9*. 34. παρ- *1*. 24. -μένους. παρ- *7*. 120.	
2. ἀπιστέω. -εόντων *8*. 82.	
3. ἀρτέω. -έοντο. παρ- *8*. 108.	
4. δατέομαι. -έονται *1*. 195.	
5. κρατέω. ἐ-εον. ἀπ- *1*. 17. 106. *8*. 18. -έοντος. ἐπι- *7*. 139. -έοντα *2*. 144.	
6. περιημεκτέω. -εον *8*. 109. -έοντες *1*. 164.	
7 σιτέομαι. -έονται *1*. 71. 200. 202. *2*. 47. 77. *3*. 98. 100. *4*. 17. 22. 184. ἐ-έοντο *8*. 111. *9*. 118. -εόμενος *4*. 36. 132. *6*. 57. -μενοι *3*. 22. -μένους *1*. 133.	
8. ὠτακουστέω. -εον *8*. 130.	
9. ζητέω. ἐ-εον *1*. 43.	
10. στρατηλατέω. -έοντας *7*. 147.	

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
11. πλουτέω. ἐ-εον 3. 57.	
12. νουθετέω. ἐ-εον 2. 173.	
13. πατέομαι. -έονται 2. 37. 47. ἐ-έοντο 7. 223.	
1. φοβεόμενος 7. 235. -μενοι 4. 128. 9. 56. -μένοισι 7. 149.	
1. ναυπηγέω.	-εύμενοι 2. 96. 6. 46.
2. ἡγέομαι. -έονται 2. 38. 93. -έοντο 7. 40. 55. 9. 15. κατ- 4. 125. 5. 42. 6. 125. -έομαι. ἐξ- 7. 235. -εόμενος. ἀπ- 5. 92. ζ. 7. 18. κατ- 6. 107. -μένον 6. 111. -μενοι 2. 69. 3. 79. 7. 148. ἀν- 5. 4. κατ- 7. 130. 9. 104. -μένων 3. 22. -μένοισι 8. 2. 9. 1.	ἡγεῦνται 4. 2. -εῦντο 7. 40. (in eodem capite -έοντο). -εύμενος 7. 161. -μενοι. ἐξ- 2. 113. 115. -μεναι 2. 93. -εύμην 2. 115.
3. ἀπολογέομαι. ἀπε-έοντο. ὑπερ- 6. 136.	-εύμενος 7. 161.
4. ὁμολογέω. -έοντες 2. 4. 147. 6. 51. -έοντας 5. 75. 6. 54.	
5. στρατηγέω. ἐ-εον 7. 8β. 97. 121. -έοντα 1. 211. 5. 112. 9. 75. -έοντες 4. 137. 9. 102.	
6. ποιηφαγέω. -έοντες 3. 25.	
1. αἰδέομαι. -εόμενος. κατ- 3. 72. -μενοι. κατ- 3. 77. -εομένην 1. 5.	-εῦμαι. προ- 3. 140.
2. δέω. δέον 1. 32. 186. 2. 173. 3. 65. 4. 11. -έοντι 2. 159. -τα 1. 16. 94. 214. 2. 157. 4. 1. -τες 3. 113. -έονται	

Formæ solutæ. | Formæ contractæ.

6. 106. ἀνα- *1.* 195. ἐ-έοντο *1.* 37. *3.* 57. *5.* 30. 80. 81. 82 (bis). *6.* 35. 89. *8.* 3. 4. 132. *9.* 117. 220. προς- *6.* 41. δεόμενος *1.* 82. *3.* 44. 156. *5.* 97. *6.* 13. *9.* 111. -μένῳ *4.* 84. -μενον *2.* 126. -μένῃ *4.* 162. -μενοι *3.* 46. *4.* 119. *7.* 10γ. *8.* 26. 132. -μένοισι *3.* 47. 118 (bis). *5.* 63. *6.* 89. 92. ἐδεόμην *3.* 36. *8.* 80.

3. ἀρρωδέω. -εον *8.* 70. 76. -έοντες. κατ- *3.* 137. *7.* 207. -έομεν *9.* 46.

1. σκιητροφέω. ἐ-έοντο *6.* 12.

1. αὐχέω. -έοντες *2.* 160.
2. γεωρυχέω. -έοντες *4.* 200.
3. εὐτυχέω. -έοντος *1.* 175. -έοντα *3.* 44. -έοντας *1.* 65.
4. ναυμαχέω. ἐ-εον *6.* 14. 15. *8.* 42. -εόντων *8.* 86. -έοντας *8.* 69. 75. γνωσιμαχέοντες *7.* 130.
5. εὐωχέω. -έοντα *4.* 95. -έονται *5.* 8. κατ- *3.* 99.
6. κληρουχέω. -έοντας *6.* 100.
7. μουναρχέω. -έοντος *5.* 61. τριηραρχέοντος. *8.* 46.
8. ναυλοχέω. -έοντες *7.* 189.
9. λειποψυχέω. -έοντα *7.* 229.
10. τειχέω. ἐ-εον *9.* 7. -έοντος *5.* 23. -τας *8.* 40.

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
11. χέω. -έοντες. κατα- 2. 40. ἐγ- 2. 86. ἐ-έοντο. συν- 7. 142. ἐς- 9. 70. -εόμενον. δια- 6. 119.	
12. ὀρχέομαι. -έονται 2. 60. -εομένον 6. 129. -μενοι 1. 141 (bis).	
1. ὠθέω. -έοντες 2. 35. -έονται 5. 6. -εόμενοι 7. 136.	ὠθεύμενοι. ἐξ- 6. 83.
2. μυθέομαι.	-ευμένων 2. 121 δ.
3. εὐπαθέω. -έοντα 2. 174.	
4. προμηθέομαι. -εόμενος 3. 78 (bis). 9. 108.	
5. διηθέω. -έοντος 2. 93.	
6. πορθέω. ἐ-εον 3. 58. 5. 116.	
7. βωθέω. ἐ-εον 4. 125. 5. 88. 99. 102. 6. 77. 103. 108. 116. 138. 7. 168. 178. 203. 8. 1. 14. -έοντες 3. 58. 5. 120. 6. 108 (bis). 8. 84. -έοντες 3. 39. 5. 86. 6. 88.	
8. ποθέω. ἐ-εον 4. 95.	
9. πενθέω. ἐ-εον 4. 95.	
1. νουσέω. -έοντος 3. 33. -έοντι 3. 73. -έοντας 8. 115.	
2. θαρσέω. -έοντα 7. 50. -έοντες 5. 49. -έομεν 1. 120.	

Si in verbo *ποιέω* ceterisque, quorum thematicum *ε* altera anteibat vocalis, inter *-εον*, *-εοντ-*, *-εομ-* distinguendum esse putabamus, multo magis est, quod in verbis, quæ supra numeravimus, id faciamus. Has enim formas ita discerni apparebit, ut, cum *-εον* et *-εοντ-* vix ulla vestigia

contractionis præbeant, *-εομ-* haud raro contrahatur. Sed jam harum unamquamque triūm conjunctionum separatim intueamur.

Formæ in *-εον* desinentes occurrunt circiter 160:ies, nec, nisi fallor, contractæ usquam. Dindorf nuncupat formam *ἐκάλευν*, quam nescio unde sumpserit. *ἐκάλεον* occurrit quater, *6*. 71, *7*. 64, *9*, 20. 89; sed in nullo horum locorum variam attulit Stein lectionem nisi *6*. 71, ubi codex quem littera *d* signat, formam præbet *ἐκάλουν*, Atticorum modo contractam.

Imperfecti igitur activi prima persona singularis et tertia pluralis in his verbis solutæ semper sunt [1]).

Sequitur ut formas in *-εοντ-* recenseamus. Contractas repperi: *οἰκεῦντες* *4*. 157 (ubi tamen codices A et B *-έοντες* præbent) *ἱστορεῦντα* *2*. 23, *ἡγεῦνται* *4*. 2, *ἡγεῦντο* *7*. 40. Formæ *οἰκεῦντες* obstant 33 formæ ejusdem participii solutæ. Observandum est etiam participium passivi hujus verbi semper esse solutum. Nec formæ *ἱστορεῦντα*, *ἡγεῦνται*, *ἡγεῦντο*, oppugnatæ ab *ἱστορέοντι* (bis), *ἱστορέοντες* (bis), *ἡγέονται* (bis) et *ἡγέοντο* (sexies), stare posse videntur, præsertim cum his, ut ita dicam, consanguineis adversariis multitudinem *trecentarum* circiter formarum, quæ sunt dissolutæ, ex ceteris verbis adjungere possim.

Reliquum est, ut *εο* ante *μ* inspiciamus. Quas formas quamvis supra enumeratas, ut conspectus earum

---

1) Apud Homerum nullum invenire potui imperfectum activi, ubi *-εον* in *-ευν* contraheretur. Ex multis aliquot afferre volo exempla. *ἐθάμβεον* (◡, –́ ◡ ◡) Od. *4*. 638. *10*. 62. *17*. 367. *ἐπήνεον* Od. *4*. 673. *7*. 226. *8*. 398 etc; *ἀπεκόσμεον* Od. *7*. 232. *μετεφώνεον* Od. *10*. 67. Il. *1*. 332 etc.; *ᾔτεον* Od. *10*. 17. *νείκεον* Od. *12*. 392. Il. 18. 498. *ᾕρεον* Od. *19*. 61. Il. *2*. 154. *24*. 579. *ὁμίλεον* Od. *24*. 18. Il. *1*. 269 etc. Formam solutam veram fuisse veteris Iadis, nullo planius demonstratur exemplo, quam *κάλεον*, quod Od. *8*. 550 in hoc versu legitur: *εἴπ᾽ ὄνομ᾽, ὅττι σε κεῖθι κάλεον μήτηρ τε πατήρ τε*. Ubi forma *κάλευν* si a dialecto non abhorruisset, præferenda fuit formæ *κάλεον*, quam hic cum synizesi eloqui necesse est. cfr. præterea *ἠρίθμεον* Od. *10*. 204.

evidentior sit, denuo depromam, segregatas a cetera turba, eadem antem, qua supra, lege dispositas.

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
καλεύμενος (aliique casus) occurrit 19:eis.	*καλεόμενος* 93:ies, *-έομαι* semel.
τελεύμενος ter.	*τελεόμενος* quater.
ὠφελεύμενος semel.	*ὠφελεόμενος* semel (utraque forma in eodem capite).
εἰλεύμενος semel.	
	ἐκπαγλεόμενος ter.
	πωλεόμενος semel.
φορεύμενος bis.	*φορεόμενος* semel.
αἱρεῦμαι semel	*αἱρέομαι* bis, *-εόμενος* 8:ies.
τιμωρεύμενος semel.	
αἰωρεύμενος bis.	
καλλιερεύμενος semel.	
ἐλαστρεύμενος semel.	*ἐλαστρεόμενος* semel.
	δωρέομαι semel.
	κατηγορεόμενος semel.
	μετρεόμενος ter.
	φρουρεόμενος semel.
ἱκνεύμενος quater.	*ἱκνεόμενος* 8:ies.
ἀρνεύμενος bis.	*ἀρνεόμενος* ter.
ὑπισχνεύμενος ter.	*ὑπισχνεόμενος* semel.
	ἀγινεόμενος semel.
	αἰνεόμενος semel.
	διακινεόμενος semel.
	ὠνεόμενος semel.
προθυμεύμενος semel.	*προθυμεόμενος* 5:ies.
συλλυπεύμενος semel.	*ὑπερλυπεόμενος* semel.
πολιορκεύμενος bis.	*πολιορκεόμενος* 9:ies.

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
	οἰκεόμενος 13:ies.
	ἀδικεόμενος ter.
	ἀκεόμενος semel.
	αἰτεόμενος 6:ies.
	σιτεόμενος 5:ies.
	φοβεόμενος quater.
ναυπηγεύμενος bis.	
ἡγεύμενος quater. *-εύμην* semel.	*ἡγεόμενος* 13:ies, *-έομαι* semel.
ἀπολογεύμενος semel.	
προαιδεῦμαι semel.	*αἰδεόμενος* ter.
	δεόμενος 20:ies, *ἐδεόμην* bis.
	χεόμενος ter.
	ὀρχεόμενος ter.
ἐξωθεύμενος semel.	*ὠθεόμενος* semel.
μυθευμένων semel.	
	προμηθεόμενος ter.

In formis in *-εον* et *-εοντ-* haud sane difficile erat, contractas formas ob earum paucitatem plane tollere et relegare. In eis autem, quas supra numeravimus, tot exempla contractionis (si recte numerum confecimus, 58) nobis obviam sese tulerunt, ut si has delere velimus formas solutasque substituere, crimen audaciæ vix effugere posse videamur. Solutas autem formas, cum numerum plus ducentarum consequantur, ut falsas radere, multo insignioris esset temeritatis. Ad necessitatem igitur adductus, utriusque generis et soluti et contracti defendendi, jus contractionis, quoad fieri poterit, tuebor, ita tamen, ut, ubi suspecta mihi videatur, eam condemnare non sim gravaturus.

Intuentibus nobis conspectum, quem supra fecimus, plurima verba, quæ contracta sunt, eadem soluta occurrere apparet, exceptis paucis quibusdam, *εἰλεύμενος, τιμωρεύμενος, αἰωρεύμενος, καλλιερεύμενος, ὠθεύμενος, ναυπηγεύμενος,* quorum nullæ sunt solutæ formæ. Quod, cum plurima semel, nullum ter legatur, forte potius accidisse persuasum habeo, quam perpetuæ horum verborum contractionis lege esse factum. Quare has formas infra partim iis quæ vacillent adjunxi, partim in solutas mutandas censui.

Ante μ (μαι, -μην, -μενος) igitur vocales εο solutæ manent I. *in verbis thesi monosyllaba.* Hujuscemodi verba apud Herodotum habemus *ῥέω, πνέω, νέω, δέω, χέω,* quorum tamen duo tantummodo extrema formas, quæ quidem huc referri possint, habent: *δεόμενος* (vicies), *χεόμενος* (semel). II. *post tenues τ et κ.* Prioris generis leguntur participia *σιτεόμενος* (quinquies), *αἰτεόμενος* (sexies); posterioris *οἰκεόμενος* (13:ies), *ἀδικεόμενος* (ter), *ἀκεόμενος* (semel), *πολιορκεόμενος* (novies). *πολιορκευμένη* et *-ευμένας,* quæ formæ 5. 115 leguntur, mutandas censeo in *-εομένη, -εομένας,* nisi forte liquida *ρ,* quæ *κ* precedit, vim quandam ad contractionem excusandam habet. III. *post χ* in verbo *ὀρχέομαι,* cujus participium ter legitur. IV. *post β* in verbo *φοβέομαι,* quod quater occurrit in partcpio.

Contractæ formæ et solutæ mixtæ usurpantur I. *post liquidas λ et ρ.* Huc pertinent formæ *καλεύμενος* (19:ies), *καλεόμενος* (93:ies), *-έομαι* (semel); *τελεύμενος* (ter), *-εόμενος* (quater); *ὠφελεύμενος* (semel), *-εόμενος* (semel); *φορεύμενος* (bis), *-εόμενος* (semel), *αἱρεῦμαι* (semel), *-έομαι* (bis), *-εόμενος* (8:ies); *τιμωρεύμενος* (semel); *αἰωρεύμενος* (bis); *καλλιερεύμενος* (semel). Formæ *πωλεόμενος, δωρέομαι, κατηγορεόμενοι, φρουρεομένη,* quæ solutæ, uno quæque in loco, occurrunt, si in frequentiore fuissent usu, ad similitudinem ceterarum, cur contractionem non fuerint admissuræ, intelligere non possum. Cujus sententiæ firma-

mentum habeo formam Homericam *πωλεύμην*. Formas autem *ἐκπαγλεόμενος* et *μετρεόμενος* eidem astringere regulæ, æquabilitatis caussa optandum erat. At enim, cum non minus tribus in locis unaquæque obvia fiat, excipiendas eas atque ad numerum semper solutarum referendas censeo, præsertim cum eo a ceteris differant, quod ante liquidam alteram habent consonantem. II. *post liquidam ν, ubi altera præcedit consonans.* Exempla sunt *ἱκνεύμενος* (quater), *-εόμενος* (8:ies); *ἀρνεύμενος* (bis), *-εόμενος* (ter), *ὑπισχεύμενος* (ter), *-εόμενος* (semel); *cetera autem verba, ubi vocalis ν præcedit, ἀγινεόμενος, αἰνεόμενος, διακινεόμενος, ὠνεόμενος soluta remanent.* III. *post γ.* Exempla sunt *ναυπηγεύμενος* (bis); *ἡγεύμενος* (quater), *-εύμην* (semel), *-εόμενος* (13:ies), *-έομαι* (semel); *ἀπολογεύμενος* (semel).

Reliqua sunt aliquot verba, ea nempe, quæ ante *ε* consonantes *θ*, *π*, *μ*, *δ* habeant. Quamvis codicum testimonio vacillent vel contrahantur, tamen solutam formam legitimam credo, pro certo autem affirmare ob paucitatem exemplorum non audeo.

Primi generis (*θ*) sunt apud Herodotum formæ *ὠθεύμενος* (semel), *-εόμενος* (semel), *μυθεύμενος* (semel), *προμηθεόμενος* (ter). Numerus solutarum igitur formarum, si non multum, at aliquid prævalet, atque cum participium *παραμυθευμένων* *2*. 121*δ* contractionem formis *προσποιεύμενον* et *προσποιευμένην*, quæ paulo infra in eodem insunt capite, debere videatur, nec apud Homerum nisi soluta *μυθέομαι* et *ἐμυθεόμην* exsistant, verisimillimum est, hic solutam solam esse justam formam.

λυπεύμεναι legitur *9*. 94, contra *λυπεόμενος* *8*. 90. Forsan forma contracta sit dissolvenda, ad similitudinem eorum verborum, quæ *κ* vel *τ* ante *ε* habent.

Formæ *προθυμευμένου* contractio ægre defendi potest contra *προθυμεόμενος*, quod quinque in locis legitur.

προαιδεῦμαι denique *3.* 140 haud dubie in *προαιδέομαι* mutari oportet; repugnat enim *αἰδεόμενος* ter et quod Homerus semper multifariamque *αἰδέομαι* utitur.

Quæ supra statui de formis passivi in *-μαι*, *-μην*, *-μενος* valent, activi autem formæ in *-έομεν* desinentes solutæ semper sunt nec post liquidam vacillant, quod eas universas afferendo ostendam: *δοκέομεν* (semel), *ἑ-έομεν* (semel), *οἰκέομεν* (semel), *μνησικακέομεν* (semel), *καλέομεν* (quater), *διατελέομεν* (semel), *διαιρέομεν* (semel), *παραινέομεν* (semel), *ἐπιφθονέομεν* (semel), *ἀρρωδέομεν* (semel), *θαρσέομεν* (semel).

Si igitur, ut tandem aliquando disputationem nostram de concursu vocalium *εο* ad finem perducamus, breviter quæ ea effecimus concludere volumus, hæc summa est.

Vocales εο

I. *solutæ manent*

A. *post consonantem*

1) *in verbis thesi monosyllaba*;

2) *in -έον, -εοντ, -εόμην ubique*;

3) *in έομαι, -εόμην, -εόμενος post κ, τ [π, β, δ, χ, θ, μ] et ν vocali præeunte.*

B. *post vocalem in -εον; excipitur ἐποίευν, quod simul cum ἐποίεον adhibetur.*

II. *solutæ promiscue cum ευ usurpantur*

1) *post consonantes λ, ρ, γ, atque ν altera præcedente consonante in -έομαι, -εόμενος, -εόμην; excipiuntur ἐκπαγλέομαι et μετρέω, quæ solvuntur.*

---

1) Has formas Homericas collegi: *ἠτεόμην* Od. *3.* 172. *πωλεύμην* Od. *22.* 352. *ἐξαιρεύμην* Od. *14.* 232. *ἱκνεύμεσθα* Od. *24.* 339. *νέομαι* Od. *13.* 61. *νεόμην* *17.* 148. *ἐδινέομεσθα* Od. *9.* 153. *ἡγεόμην* Il. *5.* 211. *αἰδέομαι* Od. *6.* 221. *14.* 146. *17.* 188. *20.* 343. Il. *6.* 442. *22.* 105. *24.* 435. *μυθέομαι* Il. *7.* 46. *8.* 40. *22.* 184. *ἑ-εόμην* Od. *2.* 172. *4.* 152. *12.* 451. Il. *9.* 109. Vetus igitur Ias non multum a recentiore differt. Liquidæ *λ*, *ρ* et *ν*, altera præeunte consonante, *ευ* maluisse videntur, cum *ν*, vocali præcedente, *εο* postularet. Post ceteras consonantes dissolutio vulgata fuisse videtur.

2) *post vocalem in -εοντ-, ubi tamen dissolutio rarissima est, præsertim in passivo.*

III. *in ευ semper contrahuntur post vocalem in -εομ-* [1].

§ 2.

De concursu vocalis ε cum sequenti ου.

Enumerantur eæ formæ, ubi ante εου vocalis præcedit.

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
ποιεῦσι 1. 98. 131. 140. 198 (εου PRd). 200. 2. 42. 60. 61 (εου PRd) 63 (εου PRd) 65. 78. 89 (εου PRd). 91. 93. (bis). 94. 171. 3. 65. 62. 4. 62. 64. 65 (bis). 71. 72. 73. 103. 114. 187. 5. 4 (bis). 106. 6. 138. 7. 31 (εου PR). 46. 104.	ποιέουσι 1. 71. 2. 49 (bis) ABC. (cet. εῦ) 60. ABC (cct. εῦ) 121. 4. 146 (εῦ R). 7. 148 (εῦ R).
-εῦσα 1. 185. 3. 119. 4. 9 (bis). 6. 52. -εῦσι 9. 58. 89. -εύσας 4. 34.	-έουσαι 1. 93.
νοέω.	νοέουσι 3. 81. -έουσα 8. 101.
κνέω.	κνέουσαν 6. 68.

Cum de conjunctione vocalium εο in verbo ποιέω dissereremus, formas contractas solutarum numerum superare videbamus. Nec aliter in εου rem sese habere intelligemus. Contractæ occurrunt 44 formæ, si non ubique

1) Pauca exempla, quæ ex Ionicis inscriptionibus sumi possunt, τιμουχέοντες (bis), τελέοντας (semel), ἐθεόρεον (ter), ἀδικούμενον (semel), si non ab omni parte has regulas confirmant, at certe vim earum non infringunt, excepto proximo ἀδικούμενον. Cum autem in his titulis haud raro atticismi irrepant, non est dubium, quin hæc forma ex eorum sit numero. (Cfr. Erman: De titulorum Ionicorum dialecto § 12).

una codicum voce, at optimorum et plurimorum, solutæ autem septem modo, quas si propius intuitus eris, plurimas dubias nec fide dignas reperies. *ποιέουσι* enim, quod *1.* 71 legitur, universis codicibus quamvis suffragantibus, solutionis haud dubie originem formis *φορέουσι* et *ὑδροποτέουσι*, quæ paullo suprà in eodem sunt capite, debet. Item *2.* 121 *καλέουσι* et *προσκυνέουσι* eandem vim habuisse videntur. In duobus locis *2.* 49. 60 tres solum codices ABC, etsi antiquissimi et optimi, tamen non integri, solutam tuentur formam, cum ceteri *ποιεῦσι* præbeant. Ceteras formas *ποιέουσι* *4.* 146 et *ποιέουσαι* *1.* 93, si in contractas corrigendas dicam, non ideo spero fore, ut aliquis mihi crimen intendat, quod audacius egerim.

Reliquas paucas huc pertinentes formas *νοέουσα*, *-έουσαι*, *-έουσι*, *κνέουσαν* non est cur in contractas commutemus, id quod Abicht, præterquam in *κνέουσαν*, fecit, scilicet ne legem illam constantiæ, qua *εο* et *εου* post vocalem semper contraherentur, violaret.

Verborum autem, quæ *ante ε consonantem habeant*, longe maximus numerus *εου* dissolutum servat (non minus 57 in 175 locis). Quinque, quæ supersunt, ita inter *εου* et *ευ* fluctuant, ut genus solutum multum prævaleat. Quod dispositio, quam infra statuam, plane demonstrabit.

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
καλέουσι *1.* 131. 139. 173. 193 (bis). 199. *2.* 2. 81. 92. 121. 128. 158. 171. (bis). *3.* 27. 89. 112. *4.* 18. 27. 48. 110. 155. 180. 199. *5.* 9. 6. 42. 69. 119. *7.* 54. 64. 176. 188. *8.* 98. *9.* 20. 39.	*καλεῦσι* *2.* 94.
τελέουσι *2.* 51. *ἐπι-* *1.* 167. *2.* 37. 63. *4.* 186. *5.* 4. *6.* 60. *8.* 41. 98. *ἀπο-* *2.* 65. *δια-* *6.* 42. *-έουσα.* *ἐπι-* *3.* 69.	*τελεῦσι* *5.* 49. *7.* 111. (*-έουσι* ABd).

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
πωλέουσι *2*. 92.	πωλεῦσι *5*. 6.
βωθέουσι *1*. 62. *5*. 77. *6*. 92.	βωθεῦσαν *2*. 118.
κεντέουσι. συγ- *3*. 77.	κεντεύσας *5*. 77 (εου B).

Quod primum ad formam καλεῦσι attinet, neminem ejus patrocinium suscepturum esse spero, cum καλέουσι toties legatur. Forma ita verisimiliter nata est, ut contractio proxime in eodem capite sequentis formæ ποιεῦσι in hanc quoque sit a librariis translata. Cetera quinque exempla contractionis unde orta sint, haud facile quis dicat. Solutas autem formas esse substituendas vix potest negari.

Solutum igitur εου semper manet. Excipitur verbum ποιέω, quod εου in ευ contrahit.

CAPUT 2.

De concursu vocalis ε cum sequenti ε et ει.

Propter ingentem præ contractis formis solutarum multitudinem plurimi eorum, qui de dialecto Herodoti scripserunt, εε et εει numquam fere in ει contracta voluerunt. Hanc regulam *Dindorf* secutus est, præterquam in δεῖ et ἐθηεῖτο, quod tamen dubitat num in ἐθηέετο sit mutandum. Nec aliter *Abicht* sentit, qui et ipse δεῖ excipit, ἐθηεῖτο autem tollit solutamque formam substituit, auctoritatem codicum, qui partim ἐθηεῖτο partim ἐθηῆτο, numquam ἐθηέετο præbeant, nullo modo reverens. Sententiam ab horum remotissimam et plane diversam nuperrime *Erman* tueri conatus est (cfr. Erman: de titul. Ionic. dialecto § 11), »urbis Halicarnassi (patriæ Herodoti) nec non insulæ Pari dialectum medio sæculo quinto (Herodotus vixit 490—424 a. Chr.) in verbis contractis

in εω exeuntibus ε cum sequenti ε, ει, [η] in unum contraxisse». Quæ opinio nixa est his paucis exemplis: ἐποίειν ex titulo milesio a medio sexto sæculo, ἐπικαλεῖν (in titulo scriptum stat ἐπικαλέν) ex titulo milesio a medio quinto sæculo, [ἐπεστ]άτει ex titulo Pario a fine quinti sæculi. Ad hæc addit exempla ex quarto sæculo ἀδικεῖν (bis), τελείτω, ἐπιτελεῖν. Hac parva manu validum exercitum plus quam 1000 consensu plurimorum et optimorum codicum solutarum formarum Herodoti, se confracturum arroganter confidit. At vero quanti hæc sint exempla, propius intucamur. Omnia quarti sæculi prompta sunt ex inscriptionibus, ubi formæ Doricæ, Atticæ, Ionicæ promiscue usurpentur. Nihil igitur est impedimento, quominus hæc quoque Attica sint. Cetera exempla ἐποίειν, ἐπεστάτει, ἐπικαλεῖν, ut sint vere Ionica, id quod verisimile est, id tamen ponderis habere non possunt, ut jacturam omnium, quæ apud Herodotum sunt, solutarum formarum justam reddant. Tantum autem mihi demonstrare videntur, si qua sint exempla Herodotea contractionis, non temere et inconsiderate ea esse rejicienda.

Nec desunt hujusmodi exempla, quorum primum ea afferam, quæ vere Herodotea censeo, tum quæ a librariis importata credo commemorabo.

Atque primum δεῖ (oportet, opus est) occurrit his 49 locis: *1*. 8. 11 (ter). 42. 57. 67. 109 (bis). 179. 199 (bis). *2*. 16. 24. 29 (bis). 135. *3*. 6. 9. 69 (bis). 71. 83. 110. 139. 155. *4*. 80. 134. *5*. 4. 31. 54. 62. 67. 79. *6*. 58. *7*. 2. 10α. *9*. 17. 49α. 51. 142. 172 (bis). 185. *8*. 143. *9*. 16. 65. κατα- *2*. 7. δέει autem tantummodo bis: *3*. 127. *8*. 68α; δεῖν quater: *1*. 129. *2*. 133. *6*. 135. *9* 33; δέειν vero *8*. 62. Quare non possum ad sententiam Dindorfii, Abichti ceterorumque non accedere, qui contractam formam unam esse rectam putant. ἔδεε legitur 14:ies: *1*. 12. *2*. 161. 179. *4*. 43. *5*. 33. 38. *6*. 64. *7*. 9β. 144. *8*. 80. *9*. 58 98. 109. κατ- *8*. 82; ἔδει 7:ies: *2*. 15. *3*. 45. 80. *4*. 79 ABd. *5*. 92δ. *7*. 168. *8*. 6. Utraque igitur forma et soluta et

contracta in usu fuisse videtur nec sola dissoluta, quod Abicht, quod Dindorf voluit. In passivo autem ejusdem verbi non inveniuntur nisi solutæ formæ: *δέεσθε 4.* 119. *δέεσθαι 1.* 8. 81. *3.* 4. 46. *4.* 145. *5.* 79 (ter). *9.* 8. *ἐδέετο 1.* 35. 59. *3.* 135. 157. *5.* 33. *9.* 110. *προς- 8.* 144. *ἐνδεῖν 1.* 11 *vinciendi* significatione dictum, utrum sit conservandum, an mutandum, haud facile est dijudicatu, cum nusquam alibi hæc forma legatur hac significatione. Credo tamen Dindorfium, Abichtum, Steinum jure solvisse; soluta enim forma apud Hippocratem, æqualem Herodoti eademque lingua loquentem, vulgata est. Neque vero difficile est caussam contractionis indagare, cum *δεῖ* non minus ter in eodem legatur capite.

Ut codices in tertia persona præsentis verbi *δέω* contrahenda consentiunt, sic *secundam personam sing. impt. act.* in certis quibusdam verbis contractam miro concentu volunt, cum alia soluta ibidem sint. Quod comperire poteris ex sequenti conspectu.

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
θάρσει 1. 9. 120. *3.* 85. ABR. *9.* 76.	*λιπάρεε 5.* 19.
ὤθει 3. 78.	*στρατηλάτεε 1.* 124. *7.* 5. 10 *θ*.
χώρει 5. 72.	*συνοίκεε 9.* 111 (bis).
βώθει 7. 157. 159.	*ποίεε 1.* 124. 209. *5.* 40. *7.* 18. *8.* 100. *9.* 91.
δυσθύμει 8. 100.	
ποίει 1. 206 ABP. *8.* 140 *a* AB.	

Cum Dindorf, Abicht, Stein *θάρσει* in *θάρσεε* corrigerent, quod deterius erat melioris loco posuisse mihi videntur. In tribus enim locis ex quattuor universi codices contractionem servant, et in quarto contracta forma duo antiquissimos pro se habet. Accedit quod Homeri sola est forma *θάρσει*. Nec magis est quod *ὤθει, χώρει, βώθει, δυσθύμει* solvamus. *ποίει* contra solvendum censeo, cum *ποίεε* sexies adversetur, nec nisi paucorum co-

dicum auctoritate munita sit contractio. Formæ denique *λιπάρεε, στρατηλάτεε, συνοίκεε* pro se ipsæ loquuntur [1]).

Imperfecti tertia singularis, quamvis eandem terminationem quam Imperativus habeat, paucissima tamen præbet exempla contractionis. Præter *ἔδει*, de quo supra dixi, non inveni nisi *ὠφέλει 3.* 126 (contra *ὠφέλεε 9.* 68), *ἐξῆρκει 7.* 161. Quæ formæ a plurimis Herodoti editoribus in solutas rectissime correctæ sunt, cum eadem persona 227:ies in 50 verbis soluta inveniatur [2]).

In principio hujus capitis Abicht contra codicum auctoritatem *ἐθηεῖτο* in *ἐθηέετο* correxisse dixi. Perverse eum correxisse, demonstrare experiar. Contracta forma in quatuor locis consensu universorum codicum comprobata legitur: *1.* 68. *7.* 44. 56. 208. Duobus ceteris locis *1.* 10. *4.* 85 aliquot codices (R b d) pejoris notæ *ἐθηῆτο*, formam absurdam et a qualibet dialecto abhorrentem, exhibent, cum ceteri *ἐθηεῖτο* præbeant. Nullum igitur codicum pro sua sententia Abicht habet. Præterea si Herodotus ceterum formas solas epicas hujus verbi, velut *θηεύμενος, ἐθηεῦντο, θηήσεαι, θηησάμενος* usurpavit, non intelligo, cur hic similem formam reformidaverit [3]).

---

1) Apud Homerum contractio usitatissima est, solutio rarissima, quod hæc exempla indicant: *θάρσει* Od. *2.* 372. *4.* 825. *8.* 197. *13.* 362. *16.* 436. *22.* 371. *24.* 357. Il. *4.* 184. *8.* 39. *10.* 383. *15.* 254. *18.* 463. *22.* 183. *24.* 171. *τάρβει* Od. *7.* 51. Il. *4.* 388. *ἄγρει* Il. *5.* 765. *7.* 459. *11.* 512. *14.* 271. *ποίει* (⏑́ — ⏑) O. *5.* 253. *ζώγρει* Il. *6.* 46. *11.* 131. *σύγχει* Il. *9.* 612. *13.* 807. *αἴτει* Il. *24.* 292. *αἴνεε* / *νείκει* } Il. *10.* 249. *τρέε* / *τάρβει* } Il. *21.* 283. *νείκεε* (in quinto pede) O. *7.* 303.

2) Homerus inter *-εε* et *-ει* vacillat: *ᾔτεε* O. *2.* 387. *9* 334. Il. *6.* 176. *13.* 364 *22.* 295, *προσεφώνεε* milies, *μετεφώνει* Il. *18.* 35, *ᾔρεε* O. *21.* 56. Il. *21.* 327. *ᾔρει(ν)* O. *8.* 304. *11.* 638. *22.* 500. *9.* 573. Il. *17.* 463. *24.* 5, *ὁμίλει* Il. *11.* 508, *ἀπείλεε* Il. *13.* 143. *ἀπείλει* Il. *16.* 201. etc.

3) Has annotavi formas Homericas verbi *θηεῦμαι*: *θηεῖτο* O. *5.* 75. *6.* 237. *7.* 133. *8.* 265. *θηεῦντο* O. *2.* 13. *17.* 64. Il. 7. 444. *10.* 525. *23.* 728. 881. *ἐθηεύμεσθα* O. *9.* 218.

Manifestum autem est, Iadem recentiorem Homericum ἐθηεῖτο nequaquam recepturam nec contractionem fuisse passuram, nisi aliquo modo legitima ea et concessa fuisset. Quærere igitur licet, quæ res hic effecerit, ut contractio vocalium εε in ει admitteretur. Num quod altera vocalis thematicum ε antecessit?

Ad quam quæstionem non melius respondebitur, quam omnes ad hoc caput pertinentes formas enumerando, quæ ante thematicum ε vocalem habeant. Hæ sunt:

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
εὐνοεῖ *7*. 237 ABCdR.	νοέεις *7*. 38.
ἀγνοεῖν *2*. 162. omn. cod.	εὐνοέειν *9*. 79 (-εῖν PR).
διανοεῖσθαι *6*. 86. ABCd.	κατανοέειν *2*. 28 (-εῖν d).
ἐνόει *2*. 152.	ἐνόεε *1*. 27. 155. *3* 31. *8*. 103.
μνεῖται *8*. 65.	διανοέεσθαι *2*. 121. δ.

Formæ solutæ et contractæ æquum igitur afferunt momentum; atque si extrinsecus alicunde auxilium adsumere non possemus, res omni spe dijudicationis careret. Per autem opportune accidit quod omnia exempla *futuri attici*, qui vocatur, collecta habeo. Quæ universa esse contracta, ex hoc intelliges conspectu eorum: κομιεῖ *2*. 121 γ, κατασκοπιεῖ *9*. 17, καταγιεῖν *1*. 86. καταπλουτιεῖν *6*. 132, ἀτρεμιεῖν *8*. 68 β, θεσπιεῖν *8*. 135, μακαριεῖν *9*. 93, χαριεῖ *1*. 90, ἀνδραποδιεῖται *6*. 17, χαριεῖσθε *4*. 98, χαριεῖσθαι *1*. 158, ἐπιοιτιεῖσθαι *7*. 176. ἀνασκολοπιεῖσθαι *5*. 109 [1]). Cum his haud alienum est comparare formas futuri verborum liquidorum: κερδανέεις *1*. 35, ἀποβαλέεις *1*. 71. *8*. 65, διατετρανέεις *3*. 12, ἀπολέεις *8*. 60 α, μενέεις *8*. 62 [2]), διαφθερέει *5*. 51, ἀπολέει *1*. 34. 112, ὑπομενέει *7*. 209, ἀποσημανέετε *5*. 20, ἀποκτενέειν *3*. 36, ἐρέειν *4*. 44, μενέειν *8*. 57. 108. *9*. 106, ἀμυνέειν *7*. 168, αἰσχυνέειν *9*. 53. ἀποστελέειν *4*. 179, σημανέειν *5*. 92 η, ἀνανε-

---

1) Abicht has universas formas constanter solvit.

2) ἐρεῖς *8* 100 dissolvendum haud dubie est, eodemque modo μανεῖται *1*. 109.

μέεται 1. 173, *ἀποθανέεται 4*. 190, *ἀπολέεται 8*. 3. 57, *διαφθαρέεται 8*. 108, *ἀπολέεσθε 3*. 71, *φανέεσθαι 1*. 60. *ἀπολέεσθαι 1*. 38. 112. *6*. 29. *7*. 156. *8*. 12. 65, *ὑποκρινέεσθαι 1*. 164. *5*. 49, *βαλέεσθαι 3*. 135. *7*. 168. *8*. 24, *ἀποθανέεσθαι 3*. 143, *ἐπικρανέεσθαι 3*. 146. Si quæras, cur illic contractum sit, hic semper solutum, caussa nulla alia esse potest, quam quod in his formis consonans, in illis vocalis thematicum *ε* anteit. Quæ res hic contractionem effecit, eadem ad syllabas *εε* et *εει* in formis *εὐνοεῖ, ἀγνοεῖν, ἐνόει, διανοεῖσθαι, μυεῖται* contrahendas valuisse videtur. Quod autem præter has contractas solutæ sunt formæ, sine ulla dubitatione librariorum sedulitati nimioque, vel minima sese caussa offerente, studio corrigendi ascribendum est. Ita *9*. 79 *ποιέειν* (bis), *2*. 28 *ῥέειν* (bis), *2*. 121 *δ* *διαλοιδορέεσθαι* et *προςποιέεσθαι* ortum formarum *εὐνοέειν, ἀγνοέειν* ac *διανοέεσθαι* procreasse videntur. Quas una cum *νοέεις 7*. 38 et *ἐνόεε* (quater) in contractas mutandas declarans, *hanc statuo normam, ut post vocalem εε et εει in ει apud Herodotum semper contrahantur*. Ab hac regula necesse est verbum *ποιέω* eximere, quod semper in his formis dissolutum manet. Occurrit enim *ποιέεις* ter, *ποιέει* 13:ies, *ποιέειν* 102:ies, *ποιέετε* 5:ies, *ποιέεται* 14:ies, *ἐποιέετο* 33:ies, *ποίεε* 6:ies, *ἐποίεε* quater, *ποιέεσθε* semel, *ποιέεσθαι* 26:ies.

Reliqua sunt aliquot contractionis exempla, quæ quamvis ab universis codicibus defensa, tamen ut verisimillime interpolata, rejicienda duco: *ζητεῖς 1*. 32, *κινεῖ 3*. 80, *ἀποστερεῖ 6*. 25, *μαρτυρεῖ 8*. 94 (-*έει 4*. 29); *πολεμεῖν 5*. 120. *τηρεῖν 9*. 104; *αὐχεῖτε 7*. 130. Nam formæ *ζητεῖς* obstant solutæ formæ in -*έεις* novem verborum 14:ies. Adversus *ἀποστερεῖ, κινεῖ, μαρτυρεῖ* stat dissolutio 33 verborum in 65 locis. Contractis infinitivis *πολεμεῖν, τηρεῖν* repugnant soluti infinitivi 72 verborum 245:ies. Nec denique forma *αὐχεῖτε* se tueri potest contra impetum 12 verborum, quæ -*έετε* solutum servant.

Hanc igitur normam contractionis syllabarum εε et εει proponere audeo.

Syllabæ εε et εει solutæ apud Herodotum manent. In ει tamen contrahuntur 1) verba, quæ ante thematicum ε alteram habeant vocalem, præter ποιέω. 2) δεῖ et δεῖν (opus est, oportet). 3) formæ imperativi: θάρσει, ὤθει, χώρει, βώθει et δυςθύμει. Vacillat autem tertia sing. Impft. act. verbi δέω (opus est, oportet) inter ἔδεε et ἔδει[1]).

CAPUT 3.

De concursu vocalis ε cum sequenti ω, η et οι.

In conjunctione εω multum esse nihil attinet, cum, duobis locis exceptis, ubique sit dissoluta. Ita legitur δοκέω innumerabiliter, ποιέω *1.* 38. *3.* 69. *7.* 186. *9.* 79. νοέω *7.* 8α. ἐπι- *3.* 134. *5.* 24. 30. ἐπιθυμέω *3.* 134. πωλέω *3.* 139. ἀπιστέω *4.* 96. διαιρέω *7.* 16γ. ποιέωμεν *1.* 159. *3.* 71. οἰκέωμεν *4.* 114. 115. δοκέωσι *4.* 139, ποιέωσι *4*, 156. *9.* 98. φρονέωσι *7.* 102, βωθέωσι *7.* 235, ἐξηγέωνται *1.* 159. *9.* 11. δέωνται *2.* 173. *4.* 94, ποιέωνται *4.* 70. *5.* 82. ἐξωθέωνται *5.* 124, quibus addi possunt 40 participia in -έων desinentia, quæ plus centum in locis leguntur. Hæc sola exempla contractionis invenire

---

1) In contractione vocalium εο maximam partem consentire Homerum et Herodotum videbamus, in εε antem digrediuntur, cum hic dissolutionis, ille viam contractionis sequatur. Hoc aliqua ex parte apparebat, cum de εε in secunda persona sing. imperativi et tertia sing. imperfecti disputaremus, multo autem erit evidentius, cum formas Homericas in -εετ- intuebimur. Has enim non repperi nisi contractas. Aliquot commemorare licet: αἰνεῖτον Od. *18.* 64, ἀωτεῖτε O. *10.* 548, αἱρείτω Il. *2.* 34. *10.* 193, ἀναχωρείτω Il. *4.* 305. *11.* 189, ἀρνεῖται O. *1.* 249. *16.* 126. πωλεῖται O. *4.* 384. Il. *3.* 196, μυθεῖται O. *11.* 345, αἰδεῖται O. *17.* 578, ἡγεῖτο O. *16.* 396. Il. *12.* 27. ἠρνεῖτο O. *24.* 125. Il. *23.* 42.

mihi contigit: ποιῶ 1. 117 (ubi tamen codd. CP -έω habent) et περιποιῶσι 8. 76. Quæ duo esse dissolvenda, quis contradicat? [1])

Non æque facilis ad dijudicandum est quæstio de vocalium εη contractione. Qui editionum Dindorfii, Steini, Abichti orationem, qualem hi restituerunt, sequens solutas tantum formas invenit, codices in his dissolvendis congruere aut certe contractarum numerum minimum esse, facile ut credat adduci potest. Rem vero longe aliter se habere ex hac enumeratione omnium exemplorum, quæ apud Herodotum sunt, apparebit.

Formæ contractæ.	Formæ solutæ.
ποιῇς 7. 235. 3. 36 AB (-ῇς R).	στρατελατέῃς 7. 14.
ποιῇ 3. 69.	ποιέῃ 1. 206 (-έει R).
ποιῆται 9. 45. 3. 8 ABR	διατελέῃ 1. 32.
4. 65 ABR. 6. 57 ABCd	οἰκέῃ 8. 106. συν- 2. 120.
οἰκοδομῇ 1. 21.	
δοκῇ 9. 48 ABC.	δοκέῃ 1. 122. 4. 120.
ἐπιζητῇ 3. 36 ABC (-οῖ d, -εῖ P).	ῥέῃ. ἀπορ- 1. 193. ἐκ- 2. 149.
ποθῇ 3. 36.	ἀπαιτέῃ 6. 86 a (-έει ABCd).
αἱρῇ 4. 127.	δέῃ 1. 90 (2 pers.).
δηλῆται 4. 87.	δέηται 3. 96.
ἡγῆται 6. 74. ἐξ- 9. 66 (-έη-R)	ἐξηγέηται 5. 23.
φοβῆται 7. 36 ABR.	

Solutum igitur genus adeo non superat, ut paullo sit inferius numero. Novem enim in locis *omnes* codices

1) Pari modo atticæ dialecti vocalis ῶ, ubicumque alias ex έω ortum est, in έω apud Herodotum solvitur. Exempli gratia proferam: παρέω (εἰμί) 4. 98, εἰδέω 3. 140, περιθέωμεν 3. 81, θέωσι 4. 71, θέωνται 1. 194. 8. 4, ἐπιμνησθέω 2. 3, ἀπαιρεθέω 3. 65, ἑσσωθέωμεν 4. 97, ὁρμηθέωσι 1. 47, εὑρεθέωσι 2. 67 etc.

Inscriptiones Ionicæ nullum perhibent exemplum concursus vocalium ε et ω, nisi εἰδέωσι quod bis in eodem titulo Halicarnassio legitur (cfr. Erman § 14).

contractam formam tuentur, in septem antiquissimi eoque maxima omnium fide digni AB. Dissolutio autem obviam 13:ies fit. Jam inde perspicuum est Dindorfium, Steinum, Abichtum properantius egisse, cum quidquid contractum erat corrigerent. Sed utra, contracta an soluta, recta est forma?

Quod primum ad formas *ῥέῃ* (bis), *δέῃ*, *δέηται* attinet, jure solutas eas esse apparet, cum ne Attici quidem has contraxerint. Contra *εη* in verbo *ποιέω* contrahendum puto, cum uno in loco solutum sit, septies autem contracta forma auctoritate vel omnium vel optimorum codicum defendatur. In ceteris dubius eram, contractas in solutas, solutasne in contractas mutarem, an eam earum conservarem speciem, qualem codices volebant, donec forma *ἐπικαλῇ*, quæ in titulo Halicarnassio, ubi non insunt nisi ionismi, legitur, contractæ formæ palmam soli esse dandam mihi persuasit. Quamvis enim nullum aliud in titulis sit exemplum, cui quidem fides haberi possit, formarum, ubi *ε* et *η* concurrunt — *δοκῇ* ex inscr. Olynthiaca nullo est indicio, cum in eadem et *ἀμφοτέροις* et *ἀλλήλοισι* legatur — hoc ipsum tamen, eodem quo vixit Herodotus tempore saxo insculptum, quippe quod a formis *οἰκοδομῇ*, *ἡγῆται* (bis), *φοβῆται*, *δηλῆται*, *δοκῇ ἐπιζητῇ*, *ποθῇ*, *αἱρῇ* adjuvetur, satis valere credo ad tollendam solutionem formarum *στρατελατέῃς*, *διατελέῃ*, *δοκέῃ* (bis), *οἰκέῃ* (bis), *ἀπαιτέῃ*, *ἐξηγέηται*, quæ non nisi librarios corrigendi cupidiores laudare possunt auctores.

In vocalibus εη igitur apud Herodotum eadem quæ in Attica dialecto valet regula, ut semper in ῃ coalescant, præterquam in verbis thesi monosyllaba [1]).

---

1) In conjunctivo aor. Pass. atque præs. et aor. verborum in *μι* exeuntium semper contractum reperitur, nullo usquam codice contradicente. Exemplo sint: *νικηθῇς* *1*. 171. *φοβηθῇς* *5*. 111, *μνησθῇς* 7. 159. *ὀρθωθῇ* *1*. 208. *κομισθῇ* *2*. 86. *κατακαυθῇ* *4*. 69. *κριθῇ* 5. 5. *μνησθῆτε* *1*. 36. *σαπῇ* *2*. 41. *καρῇ* *4*. 127. *σφαλῇ* 7. 168. *πιμπλῆται* 7. 37, *προσθῇ* 6. 109, *θῆται* *1*. 29.

Restat, ut conjunctionem syllabarum *ε* et *οι* intueamur. Hæc inveni exempla:

Formæ solutæ.	Formæ contractæ.
μουνομαχέοιμι 7. 104.	*ποιοῖμι 5.* 106 ABCd.
καλέοι 1. 11	
δοκέοι 1. 24. 99. *2.* 139. *3.* 34. *6.* 1. *8.* 19. 49 *9.* 48.	
ἐπιχειρέοι 1. 46.	
περιχωρέοι 1. 210.	
τελέοι 2. 109.	
δέοι 2. 139. *4.* 127.	
ποιεοίη 6. 36 (-*οῖ* R).	*ποιοῖ 2.* 169.
αὐτομολέοι 3. 156.	
φρονέοι 5. 3.	
αἱρέοι 7. 41.	
ἀρρωδέοι 7. 49 *β*.	
βωθέοι 9. 57.	
φρονέοιεν 1. 46. *8.* 34.	*ἀδικοῖεν 1.* 196. *5.* 84.
ζητέοιεν 1. 94.	
οἰκέοιεν 4. 161.	
ἐμπεδορκέοιεν 4. 201.	
ποιέοιεν 7. 103 (-*έειεν* B, -*έειν* R) 208. *8.* 26 (-*έειν* Cd). *9.* 104.	*ποιοῖεν 5.* 75. omn. cdd.
καλέοιεν 6. 98.	*θεωροῖεν 8.* 26 (-*έοιεν* R).
ἐπιχειρέοιεν 9. 54 (-*οῖεν* AB).	
ἀπικνέοιτο 1. 29.	
δέοιτο 1. 171. *3.* 44. *7.* 38.	
καλέοιτο 5. 76. *ἐπι- 1.* 86.	
παραιτέοιτο 1. 90.	
δωρέοιτο 2. 126 (-*οῖτο* Rd).	
ποιέοιτο 8. 67 (-*οῖντο* ABd).	*ποιοῖτο 7.* 48.
φοβέοιτο 7. 87.	
πολιορκέοιτο 8. 112.	
ἡγέοισθε 7. 160.	
λυπεοίατο 1. 99.	
δεοίατο 5. 73.	

Si hic quoque, ut sæpe alias fecimus, ea verba, quæ ante ε consonantem habent, separatim intuebimur, 27 syllabas εοι solutas habere in 39 locis intelligemus. Cui multitudini cedere necesse est contractas formas ἀδικοῖεν et θεωροῖεν. Contra ea optativus verbi ποιέω, quod ante εοι vocalem habet, contractionem una codicum voce *2*. 161 *5*. 75. *7*. 48 in formis ποιοῖ, ποιοῖεν, ποιοῖτο conservat et in ποιοῖμι *5*. 106 codicum ABCd testimonio. Non desunt tamen exempla solutionis. Sic legitur ποιέοιεν quater, ποιεοίη semel, ubi tamen codex R ποιοῖ præbet, ποιέοιτο *8*. 76, ubi codd. ABd formam ποιοῖντο, quæ suo jure defendi potest, habent. Soluta an contracta forma, utra in hoc verbo recta esset, pro certo affirmare haud sane proclive esset, ni, velut cum de εη ageretur, ad inscriptiones confugere earumque testimonium adhibere possemus. In titulo enim Tejo ab anno 470 a. Chr., plane Ionico, leguntur hæ certissimæ formæ optativi ποιοῖ et ἀνωθεοίη. Quarum hæc confirmat regulam solutionis post consonantem adhibendæ syllabarum εοι, illa autem rata facit exempla contractionis earundem syllabarum in verbo ποιέω.

Syllabæ εοι solutæ igitur manent post consonantem, contrahuntur in οι in verbo ποιέω verisimillimeque in omnibus ceteris verbis, quæ ante thematicum ε alteram habeant vocalem [1].

---

1) Homeri temporibus εοι post consonantem solutum usurpatum esse, indicat οἰκέοιτο Il. *4*. 18, quod etsi numerus versus postulat contractum, tamen solutionem servat.

CAPUT 4.

De concursu vocalis *ε* cum sequenti *εαι* et *εο*.

Ex nostris grammaticis libris scimus, atticismi terminationes Passivi *ῃ* et *ου* contractione syllabarum *εαι* et *εο* ortas esse. Hoc verum esse, eo plane declaratur, quod in Iade recentiore hæ tantummodo solutæ terminationes *εαι* et *εο* in usu sunt. In verbis, quorum thesis in vocalem *ε* exit, hæ formæ passivi, si plenæ essent, in *-έεαι* et *-έεο* desinerent. Cum autem omnia Herodotea exempla excusseris, tenuissimam partem ita plene scriptam esse, plurima vero decurtata, altero *ε* eliso, invenies.

Hæc exempla hic infra enumerare volo iisque adjungam quæ, de futuro medii liquidorum verborum sumpta, et ipsa, vocali *ε* interposito, plena conjunctionem *έεαι* præberent.

φοβέο 7. 50. 52, *-εῦ 1*. 9.
αἰτέο 1. 90 (*αἴτεο* C).
ἀκέο 3. 40 (*ἄκεο* ABd)
ἐξηγέο 3. 72. *4*. 9. *7*. 234.
ποιέο 8. 68*α*, *-εῦ 4*. 9. *8*. 100.
ἀπικνέο 5. 24 (*ἀπίκεό μοι* ABC).
λυπέο 8. 100.
ἐδέον 7. 161.

φοβέαι 1. 39 (*-έεαι* P) *7*. 52 (*-έεαι* P).
προθυμέαι 1. 206 (*-έεαι* P).
ἐπαινέαι 3. 34 (*-έεαι* P).
διαιρέαι 7. 47 AR (*διαίρεαι* B) *-έεαι 7* 50 (*-ρέαι* R).
δέεαι 7. 161.

εὐφρανέαι 4. 9 ABd (*εὐφράνεαι* CR; *-έεαι* P).
ἀποθανέαι 4. 163 (*-έεαι* P).

Syllabas *έεο* in *έο* coartatas esse omnes fere codices in universis his verbis testantur, præterquam in *δέομαι*. Qui pauci variam habent lectionem, in accentu a ceteris differunt, id quod formæ *αἴτεο*, *ἄκεο*, *ἀπίκεο* demonstrant, numquam autem terminationem *έεο* plenam præbent. Cum autem hæc accentuatio nullis rationibus defendi possit, formam in *-έο* solam esse rectam apparet [1]. Forma *ἐδέου* (ex *ἐδέεο*), quæ excipienda est, recte mihi *ε* retinuisse videtur, cum sit verbi thesi monosyllaba ideoque deminutionem non sustulerit, vitiose autem *εο* in *ου* Atticorum modo contraxisse, cum contractio in *ευ* melior fuisset, præsertim *ε* vocali præeunte *εο*. *ποιεῦ* recte contractum in duobus locis duco ob præcedens *ι*, *ποιέο* autem *8*. 68*α* haud dubie corrigendum. Contra *φοβεῦ* *4*. 9 dissolvendum est; nam *φοβέο* bis legitur, et *-έσ* in ceteris exemplis, in quibus consonans præcedit, solutum est.

Si caussam quæras, cur *ε* in *-έεο* sit elisum, exinde haud dubie est, quod Iones vocales *εε*, tertia vocali sequente, non sunt passi. Nec aliter in conjunctione *έεαι* res sese habet. Hoc solum interest, quod hic *αι*, illic *ο* subsequitur. Ratio igitur ipsa alterius *ε* elisionem in *έεαι* postulare videtur nec testimonio codicum opus est, qui tamen multa offerunt exempla. Ita formæ *φοβέαι* (bis), *ἐπαινέαι*, *ἀποθανέαι* muniuntur auctoritate omnium codicum præter P (cujus in ea re proprium est, quod *-έεαι* ubique retinet); formam *εὐφρανέαι* tuentur codd. ABdCR (quorum duo extremi in accentu peccant) et *διαιρέαι* pro se habet codd. AR et B (qui tamen habet *διαίρεαι*). Plenas formas inveni *διαιρέεαι* *7*. 50 (ubi solus codex R *-ρέαι* habet) et *δέεαι*, quarum priorem esse mutandam perspicuum est; altera autem intacta eodem jure, quo *ἐδέευ* (*ἐδέεο*) supra, manere debet.

---

1) Hoc confirmatur a genitivo nominum propriorum in *-κλῆς*, qui testimonio et codicum et inscriptionum solam formam *κλέος* (ex *κλέεος* ortam) habet.

In hac terminatione *έεαι*, quamquam codices plurimi et optimi ac plurimis in locis alterum *ε* elisum voluerunt, ipsaque similitudo formarum in *έεο* exeuntium ad hujusmodi deminutionem hortari debebat, tamen editores Herodoti recentissimæ ætatis, Stein et Abicht, plenas formas ubique importarunt. Quæ caussæ Abichto fuerint nescio, Steini autem rationes, quas in Præfatione suæ grandis editionis (Berlin 1869) p. XXXIII explicuit, leves mihi videntur. In commemorandis enim virtutibus codicis P, hæc dicit: »Cum et codicum nonnusquam fide et consensu (*1*. 39 *φοβέεαι*, *7*. 50 *διαιρέεαι*, 161 *δέεαι*) et ipsa ratione constet, nec contraxisse Herodotum, nec imminuisse verborum formas in *έεαι* a primo exeuntes, hic unus (Codex P) retinet vel potius redintegrat plenam terminationem in Archetypo altera *ε* fraudatam, *1*. 206 *προθυμέεαι*, *3*. 35 *ἐπαινέεαι*, *4*. 9 *εὐφρανέεαι*, 163 *ἀποθανέεαι*, *7*. 47 *διαιρέεαι*, *7*. 52 *φοβέεαι*.» Quod primum de consensu codicum loquitur, recte de formis *διαιρέεαι* et *δέεαι* contendit, mentitur autem de *φοβέαι* *1*. 39. Pervolutans enim ejus ipsius editionis Tomum I, p. 26 inter criticas annotationes sub linea ita scriptum reperies: || *φοβέεαι* P, *φοβέ*^{ε}*αι* AC[2] : *έαι* ||, quod aperte significat, codicem P formam *φοβέεαι* habere, codices A et C *φοβέαι*, quam formam horum codicum scribæ, utpote suspectam, in *έεαι* corrigere cupientes, supra versum minutum *ε* posuerunt, ceteros autem codices *φοβέαι* præbere. Quod autem dicit *ipsa ratione constare, non imminuisse Herodotum formas in -έεαι exeuntes*, quid hoc sibi velit, non intelligo. Equidem contra *ipsa ratione constare* credo has formas imminuere Herodotum, cum et formæ in *έεο* desinentes deminutæ sint.

Summa igitur hujus capitis disputationis hæc est:

Cum passivi terminationes εαι et εο cum thematico ε concurrunt, harum vocalis ε eliditur, ut, pro έεαι et έεο,

έαι et έο exsistant. Excipiuntur verba thesi monosyllaba, quæ terminationem έεαι et έεο plenam servant. Si εο ante se vocalem habet, in ευ contrahitur [1]).

Etsi disquisitionem meam ad finem jam perduxi nec pluribus verbis opus videtur esse, haud alienum paradigmata aliquot adjungere putavi. Verba *οἰκέω*, *καλέω*, *νοέω* et *ποιέω* delegi. *οἰκέω* exemplum talium verborum, quæ ante thematicum *ε* consonantem, *νοέω*, quæ vocalem habeant, esse volui. *καλέω* eorum nomine attuli, quæ in passivo ante *μ* vacillent. *ποιέω* denique apposui, utpote multis in rebus a *νοέω* differens et ubique apud Herodotum occurrens.

---

1) Has formas in *έεαι* et *έεο* eidem obedire legi, Homerus quoque indicio est, qui in utrisque alterum *ε* aut elidit aut cum altero *ε* in *ει* contrahit, prout versus postulat. Sic legitur *μυθέαι* Od. *2.* 202 *πωλέ(αι)* *4.* 811. *μυθεῖαι* *8.* 180. *νεῖαι* *12.* 141. *αἴδεο* (*αἰδέο?*) Il. *21.* 74. *αἰδεῖο* Od. *9.* 269. Il. *24.* 503.

A. Paradigma verbi *οἰκέω*.

	Præs. Indct.	Conjunct.	Opt.	Impt.	Infinit.	Partcp.	Impft.
Activum.	οἰκέω	οἰκέω	οἰκέοιμι	——	οἰκέειν	οἰκέων, -έουσα	οἴκεον
	-έεις	-ῇς	-έοις	οἴκεε		-έον; gen.	-εες
	-έει	-ῇ	-έοι	-εέτω		-έοντος etc.	-εε
	-έομεν	-έωμεν	-έοιμεν	——			-έομεν
	-έετε	-ῆτε	-έοιτε	-έετε			-έετε
	-έουσι	-έωσι	-έοιεν	-εόντων			-εον
Passivum.	οἰκέομαι	οἰκέωμαι	οἰκεοίμην	——	οἰκέεσθαι	οἰκεόμενος,	οἰκεόμην
	-έαι	-ῇ	-έοιο	οἰκέο		-μένη, -μενον	-έο
	-έεται	-ῆται	-έοιτο	-εέσθω			-έετο
	-εόμεθα	-εώμεθα	-εοίμεθα	——			-εόμεθα
	-έεσθε	-ῆσθε	-έοισθε	-έεσθε			-έεσθε
	-έονται	-έωνται	-εοίατο	-εέσθων			-έοντο.

B. Paradigma verbi *καλέω*.

	Præs. Indct.	Conjunct.	Opt.	Impt.	Infinit.	Partcp.	Impft.
Activum.	*καλέω* eodem modo, quo *οἰκέω*, in Activo flectitur.						
Passivum.	καλέομαι	καλέωμαι	καλεοίμην	——	καλέεσθαι	καλεόμενος,	ἐκαλεόμην
	s. -εῦμαι	etc. ut οἰ-	etc. ut οἰ-	καλέο etc.		-μένη, -μενον	s. -εύμην
	-έαι	κέωμαι	κεοίμην	ut οἰκέο		s. -εύμενος,	-έο
	-έεται					-μένη, -μενον	-έετο
	-εόμεθα						-εόμεθα
	s. εύμεθα						s. -εύμεθα
	-έεσθε						-έεσθε
	-έονται						-έοντο

C. Paradigma verbi *νοέω*.

Passivum.	s. -εῦμαι -έαι -έεται -εόμεθα s. εύμεθα -έεσθε -έονται	etc. ut οἰ- κέωμαι	etc. ut οἰ- κεοίμην	χαλκέο etc. ut οἰκέο		-μένη, -μένον s. -εύμενος, -μένη, -μενον	s. -εύμην -έο -έετο -εόμεθα s. -εύμεθα -έεσθε -έοντο

C. Paradigma verbi *νοέω*.

Activum.	νοέω -εῖς -εῖ -εῦμεν -εῖτε -έουσι	νοέω -ῇς -ῇ -έωμεν -ῆτε -έωσι	νοοῖμι -οῖς -οῖ -οῖμεν -οῖτε -οῖεν	—— νόει -είτω —— -εῖτε -εύντων (s. -εόντων)	νοεῖν	νοέων, -έου- σα, -έον; gen. -εῦντος (s. -έοντος) etc.	ἐνόεον -εις -ει -εῦμεν -εῖτε -εον
Passivum.	νοεῦμαι -έαι -εῖται -εύμεθα -εῖσθε -εῦνται	νοέωμαι -ῇ -ῆται etc.	νοοίμην -οῖο etc. -οῖντο	—— νοεῦ -είσθω —— -εῖσθε -είσθων	νοεῖσθαι	νοεύμενος, -μένη, -μενον	ἐνοεύμην -εῦ -εῖτο -εύμεθα -εῖσθε -εῦντο

D. Paradigma verbi *ποιέω*

Activum.	ποιέω -έεις -έει -εῦμεν -έετε -εῦσι	ποιέω -ῇς etc.	ποιοῖμι -οῖς etc.	—— ποίεε -εέτω —— -έετε -εύντων (s. -εόντων)	ποιέειν	ποιέων,-εῦσα -έον s. -εῦν gen. -εῦντος (s. -έοντος)	ἐποίευν s. -εον -εες -εε -εῦμεν -έετε -ευν s. -εον
Passivum.	ποιεῦμαι -έαι -έεται -εύμεθα -έεσθε -εῦνται	ποιέωμαι -ῇ etc.	ποιοίμην -οῖο etc.	—— ποιεῦ -εέσθω —— -έεσθε -εέσθων	ποιέεσθαι	ποιεύμενος, -μένη, -μένον	ἐποιεύμην -εῦ -έετο -εύμεσθα -έεσθε -εῦντο